




Íúvenis[®]



Athlética
**Lionel
Messi**

6

Investigátio
Televisiónis
artifices

8

Macrocollum
Forum Traiáni

12

**Sex hómines,
sex virtútes**
Cloelia

OECUS* EXERCITATIONIS



* Glossarium

oecus: conclave.
fluentum electricum: electricitas fluens.

angere: anxium esse.
operari: effectum habere.

Salvétē!



Salvétē omnes! Hic novus annus vobis affert multas novas res et attractivas lectiones. Una discāmus linguam Latīnam, et quidem iucūnde! Estīsne parāti? Laetāmini!

Gaius



www.elimagazines.com



info@elimagazines.com

Recēntes nuntii



Rota mágica

Specta hanc rotam:
simul est ludus puerilis et antlia.*

Haec rota vocātur *Playpump*; iam in usu est in 1.200 vicis Africānis, quibus sic affertur aqua potābilis. Pueri rotam agunt; sic ludētes aquam trahunt e subterrāneis* puteis. Hoc est fácele et iucūndum! Ítaque *Playpump* plerúmque pónitur iuxta scholas locáque, in quibus pueri solent esse.



* Glossārium

antlia: siphon aquarius
subterrāneus: qui est sub terra
quotānnis: unoquóque anno




Comple sententias.

- 1 ■ In orbe terrarum, amplius unum miliardum hominum...
- 2 ■ Inopia aquae potabilis est causa...
- 3 ■ Mulieres et puellae impendunt...

- A quotānnis* 40 miliārda horarum ad aquam transportādam.
B plerúmque morborum in orbe terrarum.
C aqua carent.

Solutio est página 15



Summārium



Res novae
Magnum invēntum! 4

Família Clacson
Spectāculum saltatiōnis 5

Investigatio
Televisiōnis artifices 6

Macrocollum
Forum Traiāni 8

Probatio
Qualis artifex tu es? 10

Athlética
Lionel Messi 11

Sex hōmines, sex virtutes
Cloelia 12

Quo ludo ludēmus? 14

Imāgines et verba
Instrumenta música 16



Grammática

In hoc fascículo discis:

- tempus praesens
- usum casuum
- coniugatiōnes

Libellus Eurōpae commūnis A2-B1

lúvenis 3



Magnum invéntum!

Romae, in colle Palatíno,
invénta est spelúnca
Rómuli et Remi.
Eam una videámus...

Lupércal Rómuli et Remi est in
colle Palatíno, prope templum
Apóllinis, loco nondum exploráto.
Haec spelúnca, partim naturális,
partim artificiális, sita est sédecim
metris infra solum. Alta est
novem metra. Tectum ornátum
est opéribus musívus* et conchis.
Augústus domum suam exstrúere
voluit prope Romae cunábula.*
Lupércal decúrsu saeculórum*
variis modis ornátum est, sed
semper observátum.*



➔ Quod ánimál?

Augústus in spelúnca
posuit statuam cuiúsdam
animális. Quod est hoc
ánimál?

1. Lupus
2. Áquila
3. Anguis

Solútio est página 15


* Glossárium

opus musívum: ornátio mínimis lapíllis facta.
cunábula: lectus infántis.
decúrsu saeculórum: per saecula.
observáre: honoráre.

Famīlia Clacson



Spectāculum saltatiōnis





TELEVISIONIS ARTÍFICES

Omnes televisiones exhibere solent iuvenes cantores aut saltatores, qui multum laborant ut fiant artifices et munus inveniant.

DIFFÍCILE EST!

Emissio* *Academy*, quae ad saltationem spectat, sequitur Hispanicam emissionem *Fama Ja Bailar*, ipsam ortam e Suética emissionem *Floor Filler*. Competitores*, 18-24 annos nati, varia exhibent, id est saltationem hip-hop, saltationem classicam aut alias, ut ostendant facultates suas. Rem exercent cum peritis magistris atque scholae sunt severissimae. Nullam accipiunt pecuniam, sed eis licet claras saltationis scholas frequentare.



Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photo multiplicare



**FACULTĀTES
PRAESĒRTIM
AESTIMĀNTUR**

Emissiónum auctóres áutumant has exhibitiónes solum spectáre ad facultátes fovéndas.* Competitóres se non éxhibent ut clari fiant et in televisióne appáreant, sed ut studére possint cum magnis professóribus. Little Phil, chorághus* Iustíni Timberlake, ait: "Sinam óptimos competitóres in spectáculis meis saltáre, sed imprímis volo eos docére disciplínam saltatiónis".

NONNŪLLA EXĒMPLA

Celebérimum huiúsmodi spectáculum est *America's got Talent*, in quo artífices ignóti facultátes suas osténdunt. In spectáculo *Britain's got Talent*, Susan Boyle, fémina 47 annos nata, cantiléna *I Dreamed a Dream* facta est in toto orbe terrárum claríssima. Susan narrávit se pueritiám non habúisse felicem, nullum sponsum umquam habúisse solámque vívere cum catto suo, in áliquo Scotiae vico. Nemo non vidit eius exhibitióne in interrétí.* Actrix Demi Moore ei plúrimum gratuláta est.



➔ Scitu dignum

Simon Cowell, Anglus, has novas exhibitiónes creávit. Inter eas est *X Factor*, quae in amplius 15 civitatibus osténditur: in Hispánia, Bélgica, Batávia, Austrália, Islándia, Russia, Finnia, Maróchio, Colúmbia, Germánia, Arábia Saudiána, et ita porro.



*** Glossárium**

- emissio (televisífica):** spectáculum televisíficum.
- competitor:** is qui certámen partícipat.
- fovère:** sustinére, iuváre.
- chorághus:** is qui spectácula parat.
- interréte:** mundánum rete communicatiónis ordinatrális.

**Et tu?
Solésne has emissiónes in televisióne spectáre?**

Cur?

.....

.....

.....



Forum Traiáni

Forum Traiáni inter omnia fora imperatória fuit máxime magníficum. Exstrúctum est, curánte imperatóre Traiáno, ab anno 107 ad annum 113, ut celebrarétur victória in Dacos reportáta. Ut forum 300 metra longum et 185 metra latum ibi ponerétur, liberándum fuit spatium inter collem Quirinálem et Palatínum. Ínerat bibliothéca Latina, bibliothéca Graeca, basílica Ulpia, forum ipsum ubi fiébant negótia, atque, imprímis, pulchérissima colúmna Traiána, quae nobis paene íntegra remánsit et in qua, tamquam in longa taenia, narrántur bella Dácica.



Architéctus

Forum Traiáni exstrúctum est a quodam architecto máximae famaе. Quod est eius nomen? Útere códice secréto et ínveni.

A = ☼	L = ◆	P = ▸
C = ★	M = ✚	R = *
D = ■	N = ☼	S = ✧
E = ●	O = □	U = ▼

☼ ▸ □ ◆ ◆ □ ■ □ * ▼ ✧

■ ☼ ✚ ☼ ✧ ★ ● ☼ ▼ ✧

Solútio est página 15

Qualis artifex tu es?

Esne actor? Pictor? Saltator?
Pellicularum ordinator?
Quis scit?

1 Sedes in cinematéō, at pellicula non multum placet...

- ◆ aliam fábulam imagináris.
- e cinematéō exis et ámbulas.
- ▲ manes et iudícium facis.

2 Noctu, nonnūquam somnias...

- ◆ te voláre.
- te instruménto cánere.
- ▲ te pulcherrimam cataráctam vidére.

3 Si consuetúdinem habes cum áliquo:

- ◆ eum libénter auscúltas vitam suam narrántem.
- eius gestus et óculos obsérvas.
- ▲ ei narras vitam tuam.

4 Emísti músicam, quam multum amas:


- ◆ sedes et auscúltas.
- saltas auscúltans.
- ▲ magna voce cantas.

5 Libénter delineáre soles...

- ◆ hómines.
- natúram.
- ▲ scaenas vitae cottidiánae.

6 Cubículum tuum vis ornáre:

- ◆ ponis pulchra spécula coloráta.
- supelléctilem permútas.
- ▲ paríetes alio colóre pingis.



➔ Respónsa

Si plerumque respondisti ◆ habes magnam phantásiam, amas res novas, fabulas libénter fingis. Potes esse scriptor, photographus, pelliculárum ordinátor.
Si plerumque respondisti ● taedium non amas. Amas motum. Multas res agis, athléticam collis, diem carpis. Potes esse saltator aut choráagus.
Si plerumque respondisti ▼ in te omnia sunt vívida: sensus, commotiónes, casus. Libénter obsérvas et iudícium fers, sed etiam de te libénter loqueris. Potes esse pictor, actor, músicus.

Lionel Messi



Magnus oppugnator Argentinus nunc est in claro manípulo* Barcellona F.C. Non solum est exímus, sed etiam ubique máxime amátus.

Eius res gestae

Unus est ex óptimis oppugnatoribus totius mundi. Córpo brevis, celer et válidus, 13 annos natus erat cum lúdere incépit in manípulo Barcellona F.C. Anno 2005, cum manípulo nationáli *Under-20*, praemium reportávit. Anno 2008 nomísma aureum accépit cum manípulo ludórum Olympicórum. Multi dicunt eum esse óptimum lusórem totius orbis terrárum.

* Glossárium

manípulus: grex hóminum.
superáre: víncere.

Statúra brevis, arte magnus

Textum comple.

ARTEM ESSET UT ESSE EST

Lionel natus anno 1987 in Argentina. Cum puer, non fácte crevit, sed osténdit magnam statúram in pedifóllio non necessariam. statúrae difficultátem superáret,* mirum in modum exércuit follis humi tractánda.



Sex hōmines, sex virtūtes



CLOELIA

* Glossārium

stuprāre: vim ferre alicui.
tranāre: natans traicere.

**Haec puella est exēplum virtūtis.
Ut servitūtem fūgeret, Tíberim traiécit.**

História

Sexto saeculo ante Christum natum, Romam gubernant reges origine Tusci. Últimus eorum, Tarquinius Supérbus, a pópulo non amátur; est enim iniústus et crudélis. Postquam Lucretiam, nóbilem Románam, stuprávit,* Roma expúlsus, regnum recuperāre conátur. Ítaque amicítiam facit cum rege Porsénna. Pace inter Porsénnam et Romānos facta, mittúntur óbsides. Porsénna inter óbsides áccipit Cloeliam, vírginem nóbilem. Sed Cloelia noctu áufugit, equum rapit, Tíberim tranat.* Postquam Románi eam Porsénnae reddidérunt, rex eius virtútem admirans Cloeliam líberat una cum nonnúllis aliis pueris.

Honor

Fortíssimae puéllae raríssimus honor (saltem mulieri) tribútus est. Quid fuit? Útere códice secréto et ínveni.

A = ☼	M = ◆	S = ▸
C = ★	N = ✨	T = *
E = ■	Q = ☼	U = ◇
I = ●	R = □	V = ▼

▸ * ✨ ✨ ✨ ✨ ✨ ■ ✨ ✨ ▸ * □ ● ▸

● ✨ ▸ ✨ ◆ ◆ ✨

▼ ● ✨ ▸ ✨ ★ □ ✨

Septem reges

Roma a régibus primum gubernáta est, usque ad annum 509 a.Chr.n. Septem nómina trádita sunt, quamquam verisimíliter plures fuérunt. Quid fecérunt hi reges?

Rómulus

- A. prima institúta política et militária creávit.
- B. instituit calendárium 12 mensium.

Numa Pompílius

- A. prima sacerdotum collégia creávit.
- B. rapuit Sabínas.

Tullus Hostílius

- A. traiécit rivum Rubicónis et Galliam expugnávit.
- B. Albam Longam expugnávit et multa bella contra vicínos fecit.

Ancus Martius

- A. primum pontem in Tíberi exstrúxit, pontem Sublícium, et prima moenia.
- B. pugnam instituit inter Horátios et Curiátios.

Tarquínius Priscus

- A. tyránnidem instituit.
- B. exstrúxit Circum Máximum, templus Iovis Capitolíni et Cloácam Máximam.

Servius Tullius

- A. número senatórum ita minuit, ut non iam essent 300, sed 100.
- B. instituit cultus familiáres Larum et Penátium.

Tarquínius Supérbus

- A. constitutióem fecit, in qua non iam nobílitas, sed divítiae praevalébant.
- B. regnum habuit iniustítia et crudelitáte plenum.

Tíberis

Fluvius Tíberis magnum locum habébat in vita Romanórum. Coniúnge vocábula cum recta explicatióne.

- A. Vadum
- B. Portus
- C. Prata
- D. Mercátus
- E. Salínae

1. Pastóres animália vendébant in Foro Boário.
2. Ad ostium Tíberis nascebátur sal. Qui Romae vendebátur et in alia óppida mittebátur via Salária.
3. E portu naves Romam perveniébant sive remis motae sive bobus tractae.
4. Prope Velábrum erat vadum pécori aptum.
5. In ripa Tíberis pastóribus praebebántur óptima prata.

Quo ludo ludēmus?



Verum an falsum?

- | | V | F |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------|--------------------------|
| 1. In emissiónibus televisíficis iúvenes se exhibent ut fiant artifices et munus invéniant. | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |
| 2. Emíssio Academy ad pictúram spectat. | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |
| 3. Competitóres sunt minus 15 annos nati. | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |
| 4. Varia exhibent, id est saltatiónem hip-hop, saltatiónem clásicam aut alias. | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |
| 5. Competitóres se exhibent ut studére possint cum magnis professóribus. | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |
| 6. Celebérrimum spectáculum in toto orbe terrárum est America's got Talent. | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |



Lionel Messi

Comple senténtias.

- 1 ■ Magnus oppugnátor Argentinus est in...
- 2 ■ 13 annos natus erat cum...
- 3 ■ Cum manípulo nationáli Under-20...
- 4 ■ Anno 2008 nomísma aureum accépit cum manípulo...
- 5 ■ Lionel natus est in Argentina...
- 6 ■ Multi dicunt eum esse...

- A optimum lusórem totíus orbis terrárum.
B claro manípulo Barcellona F.C.
C anno 1987.
D lúdere incépit in manípulo Barcellona F.C.
E ludórum Olympicórum.
F praemium reportávit anno 2005.

Virtus Romána
Quis Porsénam necáre
voluit? Lege 14 vocábula
in crucivérbio, et inveni.

P U E L L A V I A M
U V I R T U S P A X
C T R A I C E R E I
G U B E R N A R E U
T I B E R I S R E X
S C R U D E L I S S
C A N O B I L I S E
H O N O R V C U M O
F O R T I S U T L A



SUBNOTATIONES ET QUAMVIS REM postulare poteris a domo editoria quae in natione tua mēstruos linguarum commentarios dispertit. Inscriptiōnem autem cursualem iuxta invēnies.

Domus Editoriae - ELI Distributores

AUSTRALIA & NEW ZEALAND - HEINEMANN EDUCATION
20 Thackery Road, Port Melbourne, Victoria 3207, Toll-free phone: 1-800-810-372, Tel. (03) 9245 7188, Fax (03) 9245 7265, E-mail: customerservice@harcourteducation.com.au

BELGIE - MERLJUN EDUCATIEVE MEDIA
Postbus 600, 3800 AM Amersfoort, Nederland, Tel. (033) 463 72 61, Fax (033) 463 75 87, E-mail: mic@euronet.nl

BULGARIA - OKSINIA EDUCATIONAL CENTRE
jk. Mladost 1, Bl. 355, Vh 4, Ap. 20, 1712 Sofia, Tel.: (02) 76 77 83, Fax (02) 962 23 16
E-mail: edu@oksinia-bg.com - Website: www.oksinia-bg.com

CANADA - THE RESOURCE CENTRE
P.O.Box 190, Waterloo, Ontario N2J 3Z9, Toll-free phone: 1-800-923-0330, Tel. (519) 885 0826, Fax (519) 747 5629, E-mail: resourcecentre@sympatico.ca

ČESKÁ REPUBLIKA - DIDAKTIS spol. s.r.o.
Kastanova 141 b, 617 00 Brno, Tel. +042 539 030 360 - 543250076, Fax +420 543250732
E-mail: didaktis@didaktis.cz - Website: www.didaktis.cz

CHILE - SBS Librería y Editora Ltda
Av. Kennedy, 8020 Vitacura, Santiago, Tel. 56-2 954 1135, Fax 56-2 954 1136,
Email: sbs@sbs.cl - Website: www.sbs.cl

DANMARK and FAER ØER - FORLAGET ÅLØKKE A/S
Postboks 43, Porskaervej 15, Nim, 8740 Brødstrup, Tel. (75) 671 119, Fax (75) 671 074
E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk

DEUTSCHLAND - ZAMBON VERLAG und VERTRIEB
Leipzigiger Strasse 24, 60487 Frankfurt/Main, Tel. (069) 779223, Fax (069) 773 054, E-mail: zambon@zambon.net

EIRE - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD
Ashville Trading Estate, The Runnings, Cheltenham GL51 9PQ, UK, Tel. +44 (01242) 245 252,
Fax +44 (01242) 224 137, E-mail: rhc@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk

ELLÁS & CYPRUS - GM PUBLICATIONS
Kleomidou 2, 10443 Athens, Tel. (0210) 5150201, Fax (0210) 5143383, E-mail: gmfbbook@otenet.gr

ESPAÑA - EDITORIAL STANLEY, Calle Mendelu, 15 20280 Hondarribia, Tel.(943) 640 412 - 641 053,
Fax (943) 643 863, E-mail: editorial@stanleyformacion.com - Website: www.stanleyformacion.com

FINLAND - SUOMALAINEN KIRJAKAUPPA OY
P.O. Box 2, 01641 Vantaa, Tel. (9) 852 7880, Fax (9) 852 7990,
E-mail: lehdet@suomalainenkk.fi - Website: www.suomalainen.com

FRANCE - PIERRE BORDAS ET FILS
Diffusion: EDITIONS DU COLLEGE, 26110 Vinsobres, Tel./Fax (04) 75 27 01 11
E-mail: contact@editions-du-college.fr

F.Y.R.O.M. - T.P. ALBATROS
Bul. III Makedonska Brigada 23/11, 91000 Skopje, Tel./Fax (02) 2463 849 / 469 781 - E-mail: kasovskib@yahoo.com

HONG KONG - TRANSGLOBAL PUBLISHERS SERVICE Ltd.
27E Shield Industrial Centre, 84-92 Choi Wan Kok St., Tsuen Wan N.T., Hong Kong, Tel. (02) 413 5322,
Fax (02) 413 7049, E-mail: info@transglobalpsl.com

ISLAND and GRÖNLAND - FORLAGET ÅLØKKE A/S
Postboks 43, Porskaervej 15, Nim, 8700 Horsen, Danmark, Tel. + 45 (75) 671 119, Fax + 45 (75) 671 074,
E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk

ITALIA - ERI srl, C.P. 6, 62019 Recanati, Tel. (071) 750701, Fax (071) 977851, E-mail: info@elionline.com
Website: www.elionline.com Direttore responsabile: Lamberto Pignini. Autorizzazione Trib. di Macerata N. 252 del 3 luglio 1985. Realizzazione: TecnoStampa, Loreto. Abbonamento annuo (6 numeri da ottobre a maggio) e 16,90 (singolo) e 12,90 (da 2 abbonamenti in poi) da versare sul c/c n. 11023629 intestato a: European Language Institute, 62019 Recanati. © ELI Italy 2006

MAGYAR KÖZTÁRSASÁG - LIBROTRADE KFT., Pf. 126 - 1656 Budapest
Tel. (01) 254 0258 / 255 7777 - Fax (01) 254 0260 / 255 7777,
E-mail: periodicals@librotrade.hu - Website: www.librotrade.hu

MALTA - SIERRA BOOK DISTRIBUTORS
Brienza, Mediterranean Street The Village, St. Julian SGN 07, Tel. (021) 378576, Fax (021) 374822,
E-mail: sierrabooks@onvof.net

MEXICO - The Anglo Books, S.A. de C.V.
Antonio Caso No. 66 loc. A y B., San Rafael, Cuauhtemoc Mexico, D.F. C.P. 06470, Tel. y Fax (52-55) 55 66 55 08 y 55 46 92 87 - anglobooks@yahoo.com.mx - marcelcastro_anglo@yahoo.com.mx

NETHERLAND - MERLJUN EDUCATIEVE MEDIA,
Postbus 860, 3800 AM Amersfoort, Tel. (033) 463 7261, Fax (033) 463 7587, E-mail: mic@euronet.nl

NORGE - KORINOR Skolevædelingen, Caspar Storms v 12 - Jornslokkveien 14 0687 Oslo,
Tel. (22) 767 124, Fax (22) 657 825, E-mail: skolevædelingen@korinor.no - Website: www.korinor.no

ÖSTERREICH - INGOLD, Ernst Ingold+Co. AG
Hintergasse 16, Postfach, CH-3360 Herzogenbuchsee, Tel. +41 062.956.44.44, Fax +41 062.956.44.54,
E-mail: info@ingoldag.ch - Website: www.ingoldag.ch

POLSKA - Ars Polona
Ars Polona JSC, Foreign Trade Enterprise, 25 Obrocnov Str. 03-933 Warszawa, Poland
Tel.: +48 22 509-86-53, Fax: +48 22 509-86-50 - www.arspolona.com.pl

POLSKA - Agencja Subskrypcyjna GEA
Plac Orlat Lwowski 5, Skr poczt 1238, 50-986 Wrocław 44, Tel./Fax: (071) 359 3772
E-mail: gea@gea.pl - Website: www.gea.pl

PORTUGAL - EDITORA REPLICACAO LDA
Rua Pedro de Sintra, 26-A, 1400-277 LISBOA, Tel. 0213 021 583 - Fax: 0213 021 584
E-mail: replic@mail.telepac.pt

ROMANIA - PRIOR BOOKS DISTRIBUTORS SRL
Str. Raspantilor 32, ap 2 - sector 2 - 020548 Bucuresti, Tel. (021) 210.89.08 - (021) 210.89.28,
Fax (021) 212.35.61, E-mail: office@prior.ro - Website: www.prior.ro

REPUBLIKA HRVATSKA - V.B.Z.d.o.o.
Goranska 12, 10010 Zagreb, Tel. (01) 6235 626, Fax (01) 6235 418
E-mail: andrija.crnicki@vbj.hr - Website: www.vbj.hr

SCHWEIZ/SUISSE - INGOLD, Ernst Ingold+Co. AG
Hintergasse 16, Postfach, 3360 Herzogenbuchsee, Tel. 062.956.44.44, Fax 062.956.44.54,
E-mail: info@ingoldag.ch - Website: www.ingoldag.ch

SERBIA & MONTENEGRO - PLANETA A.S.
Resavska 30 B, 11 000 Beograd, SCG, Tel./Fax (011) 303 50 70, 3238 392, 381 64 1752 318, E-mail: planeta@eunet.yu

SLOVAKIA - DIDAKTIS Ltd.
Hyrosova 4, 811 04 Bratislava, Tel. (02) 5465 2531 - Fax (02) 5477 7506
E-mail: didaktis@didaktis.sk - Website: www.didaktis.sk

SLOVENIJA - SAMO.UK d.o.o.
Metelkov dvor 6, 1290 Grosuplje, Tel. (01) 542 1124 Fax (01) 542 1125
E-mail: samouk@siol.com - Website: www.samouk.si

SOUTH AFRICA - INTERNATIONAL JOURNALS CC
P.O. Box 46171, Orange Grove 2119 Johannesburg, Tel. (011) 485 5650, Fax (011) 485 4765,
E-mail: ijournals@netactive.co.za

SVERIGE - BETA PEDAGOG AB
Box 58, 430 17 Skällinge, Tel. (0340) 35505, Fax (0340) 35481,
E-mail: beta-pedagog@beta-pedagog.se - Website: www.beta-pedagog.com

TAIWAN - CENTRAL BOOK PUBLISHING CO.
2nd Fl., No. 141, Section 1, Chung-King South Road, Taipei, Tel. (02) 2331 5726, (02) 2371 9893,
Fax (02) 2331 1316, E-mail: central2@ms24.hinet.net

TÜRKIYE - IBER DIS TICARET LTD STI
Bagdat Cad. No. 193/8, Ari Apt. Kat: 2, Kadiköy, Istanbul, Tel. (0216) 368 4250, Fax (0216) 368 5568,
Email: banukocas@hotmail.com / mail.iber@gmail.com - Website: www.eli-iber.com

UK - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD
Ashville Trading Estate, The Runnings, Cheltenham GL51 9PQ, Tel. (01242) 245 252, Fax (01242) 224 137
E-mail: jar@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk

UKRAINE - U.C.I.E.
16, Lipska St. - Kiev 01021, Tel./Fax: (044) 2534144 - 2538073, E-mail: ucie_education@hotmail.com

URUGUAY - EO OPCIONES EN EDUCACION
Soriano 1162, 11100 Montevideo, Tel. (02) 900 9934, Fax (02) 487 3965, E-mail: opciones@adinet.com.uy

USA - MEP INC.
8124 N Ridgeway, Skokie, IL 60076, Tel. (847) 676-1596 X 101, Fax (847) 676-1195, E-mail: info@mepp-inc.net
www.mepp-inc.net, NEEN (Italian edition) TUTTI INSIEME, USPS 004163, Year 2008/2009, Issue 1 is published 6 x a year (October, November, December, February, March, May) for a subscription price of \$22.50 per year by ELI, 62019 Recanati, Italy. Periodicals postage paid at Skokie, IL. Postmaster: send address changes to: Ragazzi, MEP, 8124 N Ridgeway, Skokie, IL 60076

© ELI Italy 2009


HAUD PERMISSA OMNINO HUIUS LIBELLI VETATUR CONDUPPLICATIONE QUOLIBET INSTRUMENTO FACTA, ETIAM PHOTOTRANSCRIPTIONE RATIONE. QUAMVIS AD USUM SCHOLASTICUM PRIVATUMVE PERTINEAT.
PHOTOGRAFEMATA: QUOD AD DUPLICATIONIS IURA PERTINET EDITOR PROFITETUR SE ESSE PROMPTUM ILLARUM IMAGINUM, QUARUM FONTES REPERIRE NON LICUIT, IURA REPENDERE.

gradus initialis	primus gradus	secundus gradus	tertius gradus	quartus gradus	quintus gradus
ENGLISH					
FRANÇAIS					
DEUTSCH					
ESPAÑOL					
ITALIANO					
LINGUA LATINA					
РУССКИЙ ЯЗЫК					

SOLUTIONES: p. 3: 1-2; b. 3; a.; p. 4: aquila (erat insigne Imperii Romani); p. 8-9: Apollodorus Damascenus; p. 11: est, esset, (ut, artem); p. 12: Statua equestris in summa via Sacra; p. 13: Septem reges: Romulus a (Numa Pompilius calendarium instituit), Numa Pompilius a (Romulus regnante Tullio Hostilio), Tarquinius Priscus b (Tarquinius Superbus tyrannidem instituit), Servius Tullius b (sed numerum senatorum auxit), Tarquinius Superbus b (Servius Tullius census instituit); Tiberts: a; 4; b; 3; c; 5; d; 1; e; 2; p. 14: Verum an falsum: 1. verum, 2. falsum, 3. falsum, 4. verum, 5. verum, 6. verum; Lionel Messi: 1; b; 2; d; 3; f; 4; e; 5; c; 6; a; Virtus Romana: puella, via, virtus, pax, traicere, gubernare, Tiberts, rex, crudelis, nobilis, honor, cum, cum, fortis, ut: Mucius Scaevola.



INSTRUMÉNTA MÚSICA



tuba



týmpanum



cíthara



máracas



saxophónum




contrabásum



clara tuba



clavíle



búcina



týmpana



cíthara

violína